





1646

1. Caporus, Georgius: Conclusiones aliquot selectae
ex jure naturali, divino, gentium, civitatis, canonico,
Saxonico, feudali, et publico imperii Germanici.
2. Edenius, Burchardus: De damnorum culpa casu
factorum, itemq. inspectorum praestatione
3. Rebhan, Johannes: De beneficio inventarii quod hereditas
4. Tabor, Johannes Otto: Quando usurae supra alterum
tantum exigi possint?
5. Tabor, Johannes Otto: De intermediatione ad l. si olei
21. l. locat.
6. Tabor, Joh. Otto: De collationibus.

1647

1. Karl, Johannes Philippus: De amittenda hereditate
2. Rebhan, Johannes: De jurjurando, cum in genere,
tum in specie
3. Rebhan, Johannes: Triga beneficiorum firmiteribus
competentium hypotyposis

1647.

4. Faber, Joh. Otto: De constitutione, repetitione et privilegio dotis.
5. Faber, Joh. Otto: De servitutibus realibus.
6. Faber, Joh. Otto: De clausula codicillari.
7. Nieger, Johann Jacobus: De problemate intestatorum societatis, quae est inter virum et uxorem respectu conjugalium acquiritur.
8. Wolpman, Fridericus: De morte et qualitate ejus intuitu iure constituto.

1648

1. Piccius, Gregorius: De dispensationibus.
2. Jänntz, Philippus: De culpa in contractibus praestanda.
3. Inerr, Johannes Ursinus: De curiis dominicalibus.
4. Haslthausen, Henricus: De executionibus tam in genere quam in specie.


1698

5. Kirchner, Alexander: De mora.
6. Rulant, Rutgerus: Conclusiones juridical
exhibentes purgationis juramentum
7. Taber, Joh. Otto: De pacto retrovenditionis
8. Taber, Joh. Otto: Conclusiones ~~et~~ aliquot selectae
ex jure civili, pontificio, feudali et publico imperii
Germanici.
9. Taber, Joh. Otto: De testamento principi aut comiti
oblato.
10. Taber, Joh. Otto: De usu jurisprudentiae in analytica
et lit. ff. Cod. de factis
11. Taber, Joh. Otto: De usu syntheticae jurisprudentiae
in analytica Spec. II.
12. Wronne, Christianus: De ratione status. Oratio
13. Wieland, Johannes Hieronymus: De remissione mercedis
facienda conductori ob sterilitatem

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is extremely faint and illegible due to fading and the age of the paper. It appears to be a letter or a document with several paragraphs of text.







DISPUTATIO INAUGURALIS

022

Tabula
Conclusiones aliquot selectas

EX JURE NATURALI,
DIVINO, GENTIUM, CIVILI, CANO-
NICO, SAXONICO, FEUDALI ET PUBLICO,
IMPERII GERMANICI

Ad haec singulas principia reducantur & novis
sepe rationibus demonstrantur

Quoniam veritate

PRIMA VERITATE ATQUE IPSA
JUSTITIA PRÆSTARE

AVGVSTISSIMO ET AMPLIS-
SIMO JURISCONSULTORVM ORDINIS
IN CELEBRATISSIMA UNIVERSITATE
ARGENTORATENSI

PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE HO-
NORIBUS AC PRIVILEGIIS DOCTORALI-
BVS LEGITIME CONSECVENDIS

*Oratoris eruditissimi, ingenio publicè ven-
dandam propositi*

GEORGIUS COPERUS

Baron. Saxo.

Ad diem Maji


Loco horumque solitis

Adiutoribusque suis, quibus ad id dixerint,

AVGVSTORATI

Typis Jo. G. Neubergeri Anno 1646





Quando Vfurę supra alterum tantum
exigi possint.

427.

DISPUTATIO
JURIDICA,

1646, 4.

*Ad Tit. Cod. DE VSVRIS PVILLARIBVS REI
IVDICATÆ ET TEXT. PARALLELL.
directa.*

SUB PRÆSIDIO

Amplissimi, Consultissimi, atq; Excellentissimi

VIRI

DN. IOHANNIS OTTO.
NIS TABORIS, U. J. D. ET AN-
TECESSORIS, CODICIS ET FEUDALI-
um placit. in inclyta Argentorat. Univers. Professoris Ce-
leberrimi, Juridicæ facultatis p. t. Decani spectabilis, Dn.
Patroni ac Præceptoris sui omni observantiæ
& honoris cultu prose-
quendi

Publice exhibita

a

JOACHIMO RÖDERO LUBECENS.

In Auditorio majori,

Ad diem ꝑ. April. 8.



ARGENTORATI,
Typis JOHANNIS ANDREÆ.

CIO LDC XLVI.

1881





PARTIS TERTIAE
SECTIO SECUNDA,

Qua

Cæteræ limitationes, quæ LL. de altero tanto disponen-
tes, restringunt, exponuntur & expenduntur.

ARTICULUS I.

De Usuris Pupillaribus.

I.



E prima limitatione, quæ redditus annuos con-
cernit, quatenus illa Juri tum Justiniano
tum Canonico, quin & Constitutioni-
bus Imperii approbetur & conveniat: su-
periore exercitatione, pro instituti modulo, la-
tius est dictum: Nunc cæteras limitationes,

quæ usuras ipsas concernunt, breviter exponemus. Ac initio qui-
dem tradunt in usuris pupillaribus dupli excessum non attendi
per l. 7. §. si usuras 12. de administr. tut. Christoph. Hagen / de usuris, cap.
§. n. 271. c. Idq; tum per rationes communes, quibus se effecisse pu-
tant, ut cursus usurarum legitimarum multorum annorum hodiè
licit^o sit, utcunque ultra duplum excurrat: Hagē / de usur. c. §. n. 140.
tum per specialem hancce rationem, quod tutor vel curator obli-
gatus fuerit à se ipso sortem cum usuris exigere & in patrimoni-
um pupilli vel minoris referre, relatamque aliis, si res & occasio
tulisset, tutò fœnerare atque inde sortem (denuò puro) efficere, & ex
ea rursus usuras exigere: quod cum non fecerit, censeatur has usu-
ras in sorté redegisse, & de novâ hac sorte novum mutuû cum sei-
pso contraxisse. Ita Hagenus, d. c. §. n. 309.

II. Et hanc limitationem, de usuris ultra alterum tantum
petendis, in causis pupillaribus recipiendam esse, cum Hageno
nominatim etiam statuit Finckelthus. Observat. 40. n. ult. vers. 2. ubi

N & Ber-

37
& Berlich. Decis. 30. n. 5. allegat: qui tamen isthancce eo loco non habet. Idemque sentire videntur, qui in tit. C. de usur. pupillarib. inter modos quibus usurae pupillares sistantur, hunc nequaquam referunt. v. Cujac. in comm. d. t. & C. A. de tut. & rat. distrab. th. 17. f.

III. Qua de re antequam sententiam nostram exponamus, primum quanam usurae pupillares sint, quaque earum diversitas, perpurgandum erit: Cum Dd. veteres & recentiores tam diversimodè de his loquantur, ut juniores electione commentariorum vix sine scrupulo se extricaverint; Apud Cynum, Sichardum, Donellum, Gilkenium & alios, integrum librum quintum ferè prætermittentes, explicationem frustra inquisiverint. At Placentinus in summa tit. Cod. de usur. pupillar. Usuras triplices in actionem tutelæ venire docet (1) centesimas (2) pupillares (3) legitimas. Hunc sequuntur Salicetus & ceteri pleriq³. Centesimas duobus casibus deberi tradit (1) cum tutor pecuniam in suos usus convertit (2) cum Judex præcepit, ut tutor pecuniam deponeret: ipse autem neglexit. Porro pupillares usuras dicit esse medias, & quatuor casibus præstari. (1) si falso negaverit apud se esse pecuniam. (2) si moram depositionis fecerit, & non interveniente Judicis præcepto: (videtur hic esse hiatus, qui suppleri potest ex Azonis explicatione, de qua mox d.) (3) si negando (subaudi necessaria subsidia) imposuit pupillis necessitatem accipiendi mutuum pecuniam sub usuris ad onera sua expedienda (4) si à debitore pupilli tutor tales exegit. Denique legitimas vocat ex more regionis currentes h. e. quincunces quæ in ceteris casibus præstentur. Hac Placentinus.

IV. Doctrinam Placentini Azo more suo quadantenus sequitur, quadantenus auget. Nam & ipse, in sua summa super tit. Cod. de Usur. pupillar. tres in hac materia usurarum species constituit: Et usuras pupillares, eas nominatim definit esse, quas pupillus poterat stipulari secundum conditionem vel diversitatem suæ personæ: Eas verò non quatuor tantum, uti Placentinus; verum sex casibus à tutore docet esse præstandas. (1) si pecuniam pupilli palam converterit in suam utilitatem: (cui tamen speciei & facti non tantum Placentinus, sed ipse etiam Azo, in vers. antecedente, centesimas usuras assignaverat: Nisi putemus in verbo clanculum, differentiarum rationem constitui. Quam differentiam dilucidè notavit Odofredus in comment. ad l. i. C. h. t. ibi: cum clam convertit tenetur ad cente-

centesimas: cum palam ad pupillares. Laudant etiam retinentque recentiores, ac in his *Coll. Iurid. Arg. in tit. de negot. gest. th. 31. n. 8. ibi: Quod si eam pecuniam in usus suos convertit, h. e. latenter sua commoda ea pecunia procuravit: legitimas h. e. maximas seu centesimas usuras prestabit, l. 1. C. de Usur. pupillar. l. 10. §. 3. mandat. l. 3. C. arbitr. tut. Sin autem palam accepit & sibi adscripsit, exemplo l. 9. §. 7. de admin. tut. eas prestabit, quibus idem creditor aliis fœnerasset. exemplo l. 54. d. t. Nec procul abit Weseb. in œcon. Cod. de Usur. pupill. cum ait: tutorem si dolo averterit, obligari ad centesimas, aut omne pupilli interesse. Molin. de commerc. & usur. quest. 76. n. 588. Sin absque dolo, cumque collegarum assensu sibi fœnerarit; ad legitimas usuras teneri.)*

V. Alterum casum, quo pupillares usurae praestentur, eum Azo facit: cum tutor negaverit apud se pecuniam pupillarem esse, & Praetor contra eum pronunciaverit. Nam etsi non esset apud eum pecunia, inquit: tamen tenetur ad eam & usuram pupillarem: quia decretum pro veritate est. (3) si moram fecit depositioni pecuniae (hic casus à Placentino secundo loco enarratur) & Praetor irrogavit ei pupillarem usuram. Solent ibi Praetores comminari ut si non fiat depositio vel quanto tardius fiat, legitimae usurae praestentur (hunc casum melius intelliges ex l. 7. §. 7. de admin. & peric. tut.) (4) Quartus casus cum tertio Placentini convenit. (5) Quintus cum quarto. Sextum subdubitanter adnectit: quando scil. tutor obtinuit, ut pecunia pupillaris deponatur ad praediorum comparationem & postea non deposuit eam, neque praecipitum est ei à Praetore ut deponeret.

VI. Ceterum recentiores diligentius hæc persequuntur: qui nec in definiendis usuris pupillaribus cum antiquis consentiunt. Nam ut ex praemissis constat, Azo eas à conditione persona pupilli totas definit: Quomodo etiam Corvinus lib. definit. non inutili, ex Pacio, nescio quo loco (nam nec in Isagog. nec in anal. Cod. ad h. t. quicquam tale habet) describit pag. 390. n. 212. Usuras pupillares esse, quae pupillis debentur. Alii vero à persona tutoris definiunt, ut Salycet. ad rubr. C. eod. illis verbis: pupillares usurae sunt usurae singulares, ad quas tenentur tutores nec longè abludit Cuj. in parat. C. ad d. t. cum eas designat, quas tutor debet, non tantum si ex persona sua conveniatur, sed & si ex persona contutoris, quod suspectum eum non fecerit. l. 7. §. pen. de admin. & peric. tut. l. 2. C.

N 2 de Usur.

de Usur. pupill. Cnjacium sequitur & ad verbum ferè exprimit Dn. Anton. Perez in prælect. ad eundem h. t. C. n. 1. Nobis Odofredi ut planior arridet descriptio, cum rubricam Codicis sic interpretatur: de Usuris pupillaribus scil. præstandis à quondam tutore, quondam pupillo, in actione tutelæ. Sive ut Augustin. Barbosa in Collect. ad illum tit. C. quas tutores pupillis suis debent.

VII. Dices hanc definitionem etiam centesimis & cæteris infimæ speciei usuris convenire? Resp. Videntur termini isti (pupillarium usurarū) in jure bifariam sumi, primò generaliter, prout hactenus definitæ sunt à subjecto: secundò specialiter, si ab efficiente & formali causa discriminentur, ut in textu l. 7. §. 10. de admin. & peric. tut. Sunt enim aliæ leviores, aliæ communes, aliæ graviores seu gravissimæ. Hæ dicuntur Usuræ legitimæ, l. 7. §. 7. eod. modo graviores, l. 9. §. 4. d. t. de admin. & peric. tut. modo majores l. 39. §. 14. eod. modo gravissimæ l. 7. §. 8. eod. tit. id est centesimæ, l. 8. C. si cert. petat. Cujac. in Paulo ad l. 46. §. 1. cum seqq. in f. d. t. At communes, & quæ leviores sunt, quando gravioribus s. centesimariis opponuntur, generis nomen retinent, & ad indicandam subjecti & causæ qualitatem, pupillares in specie appellantur, d. l. 9. §. 4. ibi: Si sub usuris gravioribus patri pupilli debuit (tutor) quam sint pupillares, (scil. vulgò & communiter ex more regionis) l. 7. §. 7. eod. ibi: pupillares: & ibi: legitime.

VIII. Ac si textus modo allegatos cum cæteris nonnullis conferamus, fatebimur, cum de usuris pupillaribus quæstio est, regulariter provinciales tantum, h. e. mediocres & usitatas deberi, d. l. 7. §. 10. Pacius in Isagog. Cod. de Usur. pupillar. Maximas certis demum casibus, quos diligentius congestos vide in C. A. de tutel. & rat. distr. rh. 14. Aliis casibus, minimas tantum ib. 0. 15. Unde sequitur errare nonnullos, qui pupillares usuras toto suo genere inter centesimas referunt, ut Iulianus Peleus in Syllog. quæst. illustr. 12. pag. 67. Ac hinc confusè Dd. de omnibus istis usuris enunciassent, eas ultra alterum tantum & infinitum usque deberi.

IX. Quanquam, an de ulla specie pupillarium usurarum hoc enunciatum admittendum sit, valde licet dubitare. Etenim (1) centesimæ jam antea satis graviter premunt coërcentque tutores: tantum abest ut pœna illis augenda veniat arbitrariâ interpretatione l. 7. §. 3. & 8. de admin. tut. In cæteris autem causis cum Prætores noluerint modum communem egredi: qua autoritate nos metas

431
metas istas transfiliemus. Utique (2) nec in toto illo titulo *C. de usur. pupillarib.* nec ullubi in jure exceptionem in isto genere fundatam deprehendimus, (3) Nec rationes Novellæ 160. pupillis applicari possunt (4) E. ut Molinaus recte monuit, non debemus cumulare exceptiones & singularia extra Legis provisionem; maximè cum Novellæ 121. decisio generalis sit, & fundetur in ratione generali, quod Leges nihil ultra duplum solvi velint, *vid. Molin. de usur. n. 599.* (5) Rationes autem contrariæ, qua generales sunt, superius refutatae fuere: (6) Specialis textus *l. 7. §. si usuras 12. de admin. tut.* quæstionem an definit: quod scil. usuras debeat non tantum de sorte & capitali pecuniæ pupillaris, quam in usus suos convertit: Sed etiã de usuris ex illa redactis, *v. l. 58. §. 1. in f. d. t.* quas itidè hoc modo in suos usus converterit, *l. 38. ibi. vice cujusd. pœna. de N. G.* Non autè determinat, quatenus & quousq; eæ usuræ procurrât.

X. Erit fortè, qui verba *L. ult. C. de usur. pupill.* huc intorquebit. Cùm enim *Impp. ibi* doceant, ad cursum usurarum pupillarium inhibendum, opus esse, ut tutor denunciationibus frequenter interpositis pupillum ad judicium provocet: forteã quis in ferat: Omisã hac denunciatione cursum usurarum nunquam sisti. Sed revera Constitutio illa ad hanc causam nullatenus pertinet. Agit enim tantum de cursu, *v. d. l. 7. §. ult. de admin. tut. l. 2. §. ult. in f. de usur.* non de procurso & excessu, seu progressu ultra duplum. Illum cursum, sive, continuationem sistere potest denunciatio ex præscripto hujus *l. 4. facta*: perinde ut oblatio & depositio in locotuto facta, *l. 1. in f. de usur. l. tutor pro pupillo. §. 1. de admin. tut.* Istam exorbitationem terminus à Lege definitus ipso Jure coërcet. *adhib. Surdum de aliment. tit. 9. quæst. 40. n. 38. Galganet. lib. 2. de tutel. tit. 27. n. 49.*

XI. Molinaus *in tr. de usur. n. 599. collato n. 600. & 603. dist.* an queratur de usuris durãte administratiõe an ea finita. Priore casu (veluti si ponamus tutelam vel curam, ultra viginti annos durasse, & tutorem pecuniam pupillarem in usus suos convertisse, & fortassè adhuc differre restituere tutelam) Eò, inquam, casu sit atuit præfatas usuras pupillares semper currere, etiam ultra duplum, donec tutela restituta sit, *per d. l. 7. in f. de admin. tut. vel donec seriò obtulerit, & per eum non steterit l. ult. C. de usur. pupill. addit. n. 600.* hanc rationem: quia tutor, inquit, semper à semetipso debet exigere, *l. quoties. 9. §. 3. l. 39. §. 12. de admin. tut. l. 6. §. 12. de Neg. gest.*

N 3,

Quam-

Quamprimum igitur usura sortem æquavit (quod fuit in fine 16. annorum & 8. mensium secundum Jus scriptum) debuit, vel obligatus fuit tutor aut Curator à seipso sortem cum usuris exigere, & in as & patrimonium pupilli vel minoris referre, relatumque alii, si res & occasio ferebat, fœnerare. Quod cum non solum non fecerit: sed adhuc ipse pecunia usus fuerit; non quidem censetur intervertisse: sed potius pecuniam creditam sibi de novo rursus adscripsisse, sibi que quam alii potius fœnerare voluisse, arg. *d.l. quoties. 9. §. non tantum. de admin. tut.* Itaque pergit eadem usura, non tanquam ex veteri: sed tanquam ex novo mutuo. Est enim Juris intellectu novum mutuum, cum teneretur tutor, ea pecunia uti volens, sibi in mutuum eam sub usuris legitimis imputare: Ita *Molinaus d.l. Posteriore autem casu*, & finita administratione, etiam ex confessione Molinai cursus usurarum pupillarium sistitur cum ad duplum ascenderit. n. 603. Quod tamen sic limitat, ut in duplo sequentis temporis nullo modo computentur usuræ præteritæ administrationis; sed stent seorsim tanquam quædam fors separata, quæ non possit converti in sortem usurariam & fructiferam, respectu ejusdem tutoris ac debitoris: sed benè respectu alterius novi debitoris, si ea summa realiter ad eum transeat. Etenim in extraneo debitore cessant rationes excludendi dupli, quæ militent in solo tutore & curatore, nempe, quod (1) teneatur à se exigere (2) quod teneatur exactum in pupilli usus impendere. Quamdiu autem in usus suos retinet, necesse est, currere usuras, sine aliqua dupli limitatione. *Hactenus iterum Molinaus.*

VI. Hanc distinctionem Johannes Sandæus *lib. 3. decis. Friscar. tit. 14. def. 5. post Lit. B.* Speciosam vocat; sed tamen à Senatu & ipsam reprobata memorat, quod videretur regulæ standum, donec hic casus ab ea lege exceptus probaretur; Eoque argumento motum usuras pupillares ultra duplum sortis pupillo non adjudicasse. Quia tamen infra docebitur moram debitoris ipsa regulæ sententia excipi: Ideò (. *presuppositis presupponendis, v. C. I. A. de tutel. & rat. distrab. §. 13. & seqq.*) Etiam hic respiciendum esse dicemus: An tutore tanquam debitori mora possit jure imputari nec ne? Etenim tutor usuras, quas debet, aut solvit annuatim, aut reliquatus est. Si solvit, videndum, an eas in rem pupilli necessariò impenderit, nec ne? Priore casu: quia nihil imputari potest tutore: puto solutas ad alterum tantum, obligationem totam finire:
per

per rationes n. 3. indicatas: Posteriore casu, aut collocare eas tuto potuit, vel non. Si eas collocare tuto non potuit; sed collectas servavit, itidem extingui puto dupli solutione cursum usurarum & obligationem totam, per easdem rationes. *vid. l. 24. C. de admin. tut. vel cur. cui subijci debebat Auth. novissimè. quæ præmissa est perperam. l. 1. C. eod. vid. Ioh. à Sande. 2. decis. 9. defin. 13. Carpzov. 2. Jurisprud. 11. defin. 22.* Ceteris casibus, cum sc. Tutori, aut Curatori imputari potest, quod vel usuras planè non solverit, vel cum æs pupillare collocare tuto possit fœnori, nō collocavit, tum demum posteriores deberi arbitror. *facit. l. Luci^o 46. §. de admin. & peric. tut. junct. l. 1. in f. de Usur.* Ex rationibus cum à Molinæo allatis, tum infra uberius indicandis. *adde E. cum verò. 26. §. apparet. 1. de fidei comm. libert. Carpz. 2. 30. 32.* Quod si per pupillum ipsum steterit, quò minus tutela restituatur, tum oblatione legitimè factâ haut dubiè sistetur cursum usurarum. *d. l. 1. §. ult. de usur. l. 28. §. 1. l. 29. de admin. & peric. tut.* Cum iniquum sit, eum, cui v. c. post viginti, vel amplius annos demū in mentem venit, tutelæ rationes repositere, insuper etiã usuras postulare: Et contra justius videatur, eum, per quem non stetit, quò minus tutelam restitueret, ad præstationem usurarum non compelli. *d. l. 28. §. 1. vers. quin etiam. C. I. A. d. t. de tut. & rat. distr. 9. 17. f.*

VII. Et ista quidem quæstio non tantum in tutoribus & curatoribus ad eum modum obtinet; sed etiam in cæteris debitoribus minorum. Cum enim juxta Constitutionem Severi in *d. l. 26. §. 1. de fideicommiss. libert.* in pupillis & in adolescentibus ad justam ætatem usque mora fiat re ipsa à Debitoribus: Itaque non tutor tantum; sed quicumque alius adolescentum debitor, usuris adstringetur, etiam si non interpellatus fuerit. *Cujac. lib. 2. Qq. Papin. ad l. 1. §. 1. de usur.* Ubi exemplificat in Magistratibus municipalibus, dum viris & Curatoribus Reipubl. Ut hi, si pecuniam, quam administrant, in usus suos converterint, præstent usuras maximas & continuas: nempe, si clam hoc fecerint: Quas non præstent, si palam pecuniam, nec sibi met ipsis sumserint, verum à Collega bona ratione sibi acceperint mutuum. *Sed hæc aliorum pertinent. adde Treutl. 1. Disput. 10. 9. 5. a.*

VIII. Ex his conjicere licet, quàm difficulter in pūcto & acie Juris (ut loquuntur) obtineri queat illa ampliatio, cum statuitur Viros nobiles & honoratos, atque adeò totas honoratorum familias, quæ



quæ opere manuario victum quærere nequeant, prerogativa ista gaudere, ut usuræ ipsis in infinitum currant: quod alioquin ipsis subducantur vitæ subsidia. C. I. A. de usur. 0. 6. n. 7. Neque enim vel hæc exceptio vel ratio Jure fundata est. v. l. 26. §. I. C. de usur. quæ nobilioribus adstrictior & rigidior est, in verbis: jubemus Illustribus quidem personis, sive eas precedentibus, minimè licere, ultra tertiam partem centesimæ usurarum nomine in quocunq; contractu, vili vel maximo stipulari. Cum utique his etiam honesti modi acquirendi & sustentandi vitam decorè in Republ. proditi sint & suppetant. Insuper suæ imputabunt socordix, si minùs tempestivè sortem emonerint, eandemque alibi denuò locaverint. Videtur enim modus iste potissimum debitorem priorem respicere, ne unus nimium gravetur: non etiam posteriorem aut plures: in plures enim dispersum onus fertur faciliùs & sine incommodo notabili. Eoque sensu nostram quoque facere possumus conclusionem. C. I. A. d. 0. 6. n. 7. Adsit modus in usuris & res moribus (quibus humana imbecillitas jam inutrita est) societati humanæ necessaria penè effecta, crimen non habebit.

ARTICULUS II.

De Usuris rei judicatae.

I. Eodem favore prosequuntur Doctores nostri usuras rei judicatae, quarum hæc est conditio, ut post sententiam dictam usurarum quidem cursus ad tempus sistatur nempe intra tempora solvendi judicati: quæ tempora in LL. duodecim Tabb. appellantur *dies justii*. (& erant initio unius Mensis. Gellius 20. N. & 1. postea ex alia L. duorum mensium, l. 3. §. ult. de usur. l. un. (Dn. Perez. citat. secundam) C. Th. de usur. rei jud. l. 4. 10. ad extremum. ex Constit. Justiniani. l. 2. & 3. C. de usur. rei jud. 4 Mensium: sed ea tempora moribus cujusque loci statutis & edictis, variè constituta sunt. Dn. Perez in prælect. ad dict. l. C. de usur. rei judic. l. 13. C. de usur. l. ult. §. I. C. de usur. rei jud. Cum enim ea tempora judicatis ex humanitate concessa sint *πρὸς ἀεὶ δάπανον*, ut Græci loquuntur: l. 16. §. ult. de compens. æquum est, ut interim quoque immunes sint à fructibus & usuris dependendis, non perceptis, licet percipi potuerint. Cujac. lib. 2. qq. Papin. in l. 1. §. 1. de usur.) Finitis autem temporibus istis (judicati solvendi) rursus currunt usuræ: non priores: sed novæ: eaque plerumque graviores sunt, non tam ex conventionem aut condemnatione

natione novâ, quàm ex LL. & Constitutionibus: ex natura judica-
ti. l. 3. C. de usur. rei Judic. Ex quæ dicuntur usuræ rei judicata: & fu-
ere olim duæ centesimæ; hodiè sunt centesimæ. Ita Cujac. dict. loco.
conf. eund. in recit. C. de usur. rei judicata. §. l. 1. & 2. C. d. t.

II. De his ergò usuris quæritur, An ultra duplum procurrant?
Sed quæstio duplicem habet intellectum: aut enim refertur ad
usuras veteres: aut sequestratis veteribus, concepta est tantum de
usuris ex nova ista causa accedentibus. Quæ posterior acceptio Le-
gi 3. C. de usur. rei judic. apprimè convenit, quâ docemur usuras
rei judicata post tempora illa solennia judicatis concessa intelli-
gi præcipuè de novis: Ita, ut licet Veteres confusæ sint cum sorte
per condemnationem, dum reus in sortem & usuras simul fuit
condemnatus: ad vitandum tamen anatocismum in istis Quæsti-
onibus iterum separentur, & quæstio sic formetur, ut usuræ rei ju-
dicata simpliciter petantur, sine alia accessione, fors autem ipsa
novas inde usuras pariat. adhibe Cujac. in d. recit. ad tit. C. de usur. rei
judicata. Sed alii in conceptione Quæstionis nostræ, Veteres usur-
as cum novis conjungunt: Sic enim Berlichius, l. decis. 30. n. 7.
Si debitor jam ante usuras usque ad alterum tantum solvit, & ad
solutionem sortis principalis interpellatus, instrumentum obliga-
tionis judicialiter recognovit, vel per sententiam definitivam ad
solvendum condemnatus, solutionem retardavit, tunc is, à tem-
pore recognitionis factæ, vel rei judicata, ad usuras, ultra alterum
tantum rectè tenetur. Berlichium absolutè laudat & sequitur Fin-
ckelthus. Obs. 40. n. ult. in fin.

III. Ita etiam Dn. Carpzovius, 2. Qq. Crim. 92. n. 54. Exem-
plum figurat in debitore, qui jam antea usuras usque ad alterum
tantum solverat, & per Sententiam definitivam ad solvendum
(quid? quæso? an usuras? an sortem? Hanc puto: sic enim por-
rò loquitur) condemnatus, solutionem sortis retardavit. Hic, in-
quit, Dn. Carpzov. à tempore rei judicata usuras, etiam ultra al-
terum tantum pendere tenetur: quia moram committit.

IV. Sed pace tantorum Virorum iterum dixerim, me de for-
matione status causæ subdubitare: si enim supponamus usuras
jam ad alterum tantum solutas esse (prout clarissimè habent ver-
ba utriusque celebratissimi Jcti: Si Debitor jam antea usuras us-
que ad alterum tantum solvit) sequetur actionem creditori dein-
ceps nullam superesse. Ita enim ipse Dn. Carpzov. rectè docet ea-
dem



dem Quæst. 93. n. 47. non modò in mutuo, sed & in aliis contractibus (in quibus usuræ ex mora commissa debentur) usu venire, ut, si usuræ fuerint solutæ usque ad alterum tantum, nihil queat exigi. per l. nostram 27. §. 1. C. de usur.

V. Itaque pro usuris solutis apud memoratos autores subaudiemus vel usuras exsolvendas, quemadmodum species facti apud Dn. Carpz. d. quæst. 92. num. 48. id innuere videtur, ibi: So ist er nicht allein die versallene Capitalia, sondern auch von Zeit an des Verzugs/die auffgelauffene Interesse/biß auff das alterum tantum zu bezahlen schuldig. Vel certè casum ita figurabimus, ut usuræ anteriores alterum tantum nondum attigerint: sed tum demum attingant, si usuræ rei judicatæ suprâ definitæ, summæ priori connumerentur. v. C. I. A. de usuris, th. 16. n. 3.

VI. Quæstione hunc in modum declaratâ, ipsa quoque limitationis, Exceptionis & decisionis ratio multò exurgit manifestior: Cùm enim suprâ indicatum sit, usuras rei judicatæ post tempora ~~sed~~ *sed* currere velut ex nova causa. l. 16. §. 6 de pignor. Dn. Perez. in prælect. planiss. & utiliss. ad d. tit. C. num. 5. ubi ad contrarium respondet. Et usuras anteriores, utpote diversi generis nequaquam cum istis novis esse permiscendas: Sequitur manifestò computationem quoque usurarum ex novo planè fundamento & termino esse instituendam. Quam veram, specialem & solidam putamus esse limitationis hujus ratione: Illa enim nimium quantùm generalis est, quam post Berlich. d. n. 9. vers. ratio est, & c. aliosque à se allegatos Dn. Carpzov. subjicit, d. quæst. 92. n. 54. Quod quotiescunque Debitor in mora constitutus ostenditur, toties ad usuras præstandas sit obligatus, etiam si illæ duplum excedant. de qua dicemus articulo postremo. Itaque, ut concludamus, usuræ rei judicatæ poterunt dici ultra alterum tantum procurrere; si scilicet anteriores etiam usuræ connumerentur: Cæterum, si seorsim computentur

& ex nova ista causa considerentur, non poterunt terminum à lege communiter definitum.

& præscriptum excedere.

ARTI

434

ARTICULUS III.

De Usuris Pacto Extensivo promissis.

Ad explicationem L. 4. §. ult. de Pact.

I. Superiores tres limitationes beneficio Legis & Jure ipso nasci videntur: quarta hæc pendet ex hominum provisione. Etenim Jus regulare (quod usuræ ultra alterum tantum exigi & peti non possint) fallere ait Berlich. *sapius allegata decis. 30. n. 4.* Si aliter inter creditorem & debitorem fuerit conventum: tunc enim eam conventionem merito valere & servandam esse, dicitur. Speciem conventionis aut fundamentum non allegat Berlich. Sed satis habet ad Joach. Schepliz. nos remisisse.

II. At Rittershusius *part. 3. Novell. cap. 9. n. 20.* non tantum Balduin. in Justin. autorem nominat; sed fundamentum hujus limitationis petit *ex L. 4. §. ult. de pact.* Si enim, inquit, alicui usuras stipulanti per pactum adjectum promittamus, ut quamdiu usuræ solvantur, fors peti non possit, videntur usuræ hoc casu ultra duplum quoque currere, vi pacti & stipulationis. Removet etiam objectionem, quæ peti poterat *ex l. 6. C. de pact. cum similibus*, quod sc. pacta adversus Leges facta nullam vim habeant: Alioqui fore ut totum hoc Jus facile eludatur: Respondet enim æquitatem naturalem hoc efficere, ut valeat tale pactum, & isto casu debeantur usuræ etiam supra duplum, cum creditor semper possit submoveri exceptione pacti vel doli.

III. Idem antea sensisse videtur Cujac. *in recit. ad tit. C. de usur. pupill. pag. 602.* sic scribens: quanquam regulariter non impediatur sortis petitio, quod Debitor usuras solvere promptus sit. *L. ult. §. ult. C. de jure dot.* Fallit tamen id, si aliud convenerit pacto, puta ut donec usuræ solverentur, fors non exigeretur.

IV. Sed obloqui tamen huic pronunciato videtur Dn. Carpov. *part. 2. Quest. Crim. 92. n. 44.* statuens: Jus de altero tanto in mutui Contractu adeo esse certum, ut nec ultra duplum debeantur Usuræ, etiam si expressè aliter inter contrahentes fuerit conventum. Idque observantiam quotidianam in pronunciando luculenter docere.

V. Eadem ferè ratione dissentire à communi opinione censetur Gulielmus Masius *lib. 1. singular. opin. cap. 20. n. 25.* qui pactum hoc tantum sustineri arbitratur ad modum Constitutionibus

bus permiffum. Verba ejus decifiva ita habent : Veruntamen id
afferere non aufim (quod fcil hoc casu ufuræ ob pactum inter-
pofitum ad inftar annuorum redituum excedere alterum tantum
poffint) propterea quod ufuræ naturam fuam non mutant, ut fit
in annuis penfionibus ; Quæ ratio præcipua fuit Novellæ 160.
Quare dicendum foret, Creditorem, postquam ufurarum curfus
fortem æquaffet, eam exigere poffe, non obftante pacto (ita lego
pro periculo) utique Constitutionibus contrario & oppofito in
fraudem earundem. *Hæc Masius.* Quibus verbis id innuere videtur,
poffe Creditorem antequam ufuræ alterum tantum attingant, for-
tem repetere ; pacto non obftante ; postquam attigerint,
repetere fortem, at ufuras ultteriores petere non poffe, Repli-
cationem enim de vi pacti, elidi duplicatione : quod pactum fit
L.L. contrarium.

VI. Cujac. alibi temperamentum quoddam huic Exceptio-
ni circumponere videtur, cum in *tr. ad Africanum in l. 44. §. 1. de act.
empt. p. m. 1157. lit. C.* eam exaudit de Jure D. usque ad Antoninum,
in *l. 10. C. de usur.* verba ejus sic habent : Usuræ quoque ex conven-
tione supra duplum solvuntur, si modò solvantur pluribus pensio-
nibus per diversa tempora : Et ita demum non supra duplum, si
solvantur una pensio, nec ulla ufurarum pensio medio tem-
pore intervenerit. *l. 10. C. de usur.* Quod tamen Justinianus postea
mutavit. *Novell. 121. & 138.* Hactenus Cujac.

VII. Sed quia hæc distinctio nodum non solvit, vi-
deamus primùm de sententia, *d. l. 4. §. ult. de pact.* tum decisionem
istius Controversiæ distinctam subjiciamus. Et textus quidem ex-
plicatio velidedò his est præmittenda, quod ab Interpp. diversimodè
accipitur : Alii enim pactum stipulatione antecessisse, alii secutum
fuisse tradunt. Pactum huic stipulationi *subjectum* fuisse cum Barto-
lo docet Cujac. in *Lib. 3. Pauli ad Edict. d. §. ult.* Si pecuniam (inquit)
creditam stipuler purè mihi reddi, & ufuras certas in menses sin-
gulos : & mox nullo intervallo intermisso (hoc enim innuunt
Verba, pactum inesse stipulationi *l. 40. de reb. cred.*) pacifcar, ne for-
tem petam quamdiu mihi ufuræ solventur : Tum, si nihilominus
fortem petam, cum Debitor non cesset sua quaque die ufuram in-
ferre, nihil ago, quia pactio illa seu conditio, cum sit stipulationi
apposita in continenti, inest stipulationi ex parte debitoris, nec
necessaria est exceptio pacti ; quæ tamen necessaria esset debitori,
si id

siid convenisset ex intervallo. Quod si ea pactio planè non fuisset appositâ, etiam si offerret usuras, posset tamen in sortem conveniri. *l. ult. §. ult. C. de Iure Dot.* Sequitur Anton. Faber *in rationali. ad d. §. 4.* At ordini ac dispositioni textus prior figuratio casus magis convenit quam Hottom. *in Comment. ad d. §. ult.* proponit, & imitatur Pacius *in Comm. ibid.* hâc hypothese præscripta: Creditor pactus est cum suo debitore ne sortem ab eo peteret, quamdiu usuras ipse solveret: Sortem autem postea purè stipulatus est sibi certò redditum iri, (non sub conditione, nisi usuras solverit) Quæritur: An Creditor ex hâc stipulatione possit ubi libuerit statim sortem petere? Quod videbatur dicendum, quod pura stipulatio præsentem & obligationem & actionem pariat. *l. 14. de V. S.* Contrarium tamen respondetur ideò, quia, etiam si Verbis solis inspectis, stipulatio pura videatur: Si tamen pactum in præfatione præmissum assumatur, intelligetur, tacitè stipulationi conditionem innexam & implicatam esse, ac proinde parere obligationem ante conditionis eventum non posse. *l. Titia. 134. §. 1. de V. S. l. petens. 27. C. hoc tit.*

VIII. Textu hunc in modum declarato, apparet ejus decisionem hæctenus huc pertinere, quod petitio sortis impediatur per pactum de non petendo donec usuræ solvantur. Caterum inde non satis firmiter & concludenter infertur: Simul etiam renunciatum fuisse termino usurarum à Legibus definito. Hic enim lata utique differentia erit constituenda inter pactum renunciationis expressum & tacitum. Si expresso pacto Debitor renunciavit beneficio Novell. 121. quale pactum supra proposuimus *in parte 2. hujus Consultationis, Artic. 2. §. 12.* putarim illud valere: Cum beneficio pro Debitoribus introducto, quilibet, perinde ut aliis Juribus suis, renunciare queat. *l. Si Iudex 41. ibi: Vnicuique licet contemnere, quæ pro se introducta sunt, de minoribus. l. pen. ibiq. Gloss. de pact. cap. ad Apostolicam. X. de R. Iur. Novell. 94. cap. 2. ubi dicitur, quod quisq. renunciare valide possit omni Legis auxilio. Vasq. 1. Controvers. 47. n. 6.* Nec obstat, quod ex adverso jactari solet; Renunciari non posse legi prohibitive. *Gutierrez. part. 1. de juram. confirm. cap. 16. n. 59. Dn. Perez. in prælect. C. Ne fidejuss. dot. dentur. n. 4. aut Juribus defensivis. Boër. decis. 27. n. 6. nec valere eam, quæ contra Legem fit. Gail. 2. obs. 39. n. 7.* Dist. enim inter jus in thesi & hypothese. *Cujac. in Papin, ad l. 38. de*

O 3 pact.



234
pact. conf. l. pen. C. eod. nec prohibitio Juris hic specialis est, quæ renunciationes interdicat. v. not. ad l. 31. de pact.

IX. Tacito autem pacto eam vim non attribuimus, ut extra Legis modum extendatur (1) quia renunciationes sunt stricti Juris, unde nec generalis complectitur specialem, nec tacita expressam. Schurf. 3. Consil. 87. n. 12. Vantius. de nullit. in tit. quis dicere poss. de nullit. n. 35. nec facta in una specie obstat in alia l. 1. C. res inter al. act. (2) Quia sufficit pactum hoc intra Legis modum operari. Nec opus est, ut effectus aliquis requiratur aut porrigatur ultra legis terminos, vel ultra ordinariam causæ suæ virtutem. Dan. Otto in Logica jurid. pag. 58. regul. 1. (3) Renunciatio etiam Juris non præsumitur. l. cum de indebito. 25. vers. qui enim. de probat. l. 1. C. de Edict. D. Hadr. toll. (4) quia expressa renunciatio plus debet operari, quam tacita. iuxta Tiraquell. in l. Si unquam. n. 112. C. de revoc. donat.

X. Et ita accipio Carpzovii sententiam & præjudicium, d. art. 2. §. 11. allegatum. Itaque si maximè concedamus Scheplizio part. 4. consuetud. Brandeb. tit. 1. ad §. 2. & seqq. n. 29. vers. Et hoc minus habet: Hodie communiter in Literis obligatoriis caveri solere, tam diu usurarum solutionem fieri debere, quamdiu fors principalis ipsa soluta non fuit: non tamen arbitrabimur ultra alterum tantum usuras deberi, cum beneficio Novell. 121. expressè non sit renunciatum. Nec obstat d. l. 4. §. ult. de pact. quia in ea tantum quaestio, an sit, non quatenus & quousque usuræ debeantur, deciditur. Quinimo pactis ejusmodi tacitis & præsumtis in hac ipsa Constitutione, l. 27. §. 1. C. de usur. vis obligationem perpetuandi præcisa est & denegata, dum pignoratitiæ quoque obligationi ea vis adimitur, ut porrigatur ad usurarum continuationem, quam tamen potestatem veteres quædam leges eidem ultrò largiebantur, saltem mediante retentione, l. 11. §. Si in sortem. de pignor. act. l. 4. l. 22. C. de Usur. l. 8. §. ult. de pignor. act. collata l. 4. de naut. fœn. & l. pretii. 19. C. Mandati.

ARTICULUS IV.

De Usuris Pecunie trajectitia.

I. Quarta Limitatio constituitur à nonnullis in pecunia trajectitia: quanquam enim in aliis pecuniis legitimus usurarum modus sit centesima & duplum: (ait Hortensius in Comment. ad l. 2. §. ult. de eo quod certo loco) In trajectitia tamen, cujus in d. §. ult. exem-

exemplum proponitur, nullus est modus. Congemina tradit Cujac. loc. superius allegato. tr. 8. ad Africanum in l. 44. §. 1. de act. emti. ubi ait: in trajectitia pecunia & usuras duplum excedere posse, & id quod interest. Et in Novell. 160. ubi sub f. generalē velut regulam constituere videtur: quod ubi sortis periculum meum est, qui te sortem accipere rogavi, ibi usura ultra duplum debere possint. Quæ sententia etiam Odo-fredo & aliis Veteribus placuisse putatur, referente Pacio, ad l. 10. C. de Usur. n. 6.

II. E contrario Sententiam istam repudiat & refutat Pacius d. n. 6. sic statuens: quamvis hoc fœnus sit privilegiatum ac liberum ab observatione communium usurarum. l. 1. C. de naut. fœn. tamen ultra duplum non debere. Nec alium ferre calculum videtur Donellus, in Comment. ad eandem l. 2. §. ult. de eo, quod certo loco. n. 7. cujus verba integra hinc necessariò referenda sunt. Sic autem scribit: Modus usurarum duplex est, percipiendarum, & perceptarū. Percipiendarum modus pro conditione personarum maximè constituitur: Summus enim & legitimus hic est, ne usura centesimam excedat. l. eos. §. 1. C. de Usur. Perceptis modus hic constitutus, tu ne excedant duplum sortis. l. pen. C. eod. Priorem modum si accipiamus, verissimum est, id quod interest excedere posse legitimum usurarum modum: alterum modum si intelligamus, falsum, id est per l. un. C. de Sent. qua pro eo, quod interest.

III. Sed ex allegata l. un. colligere fas est. Donellum in distinctionem Cujacii inclinare, quam alibi iisdem ferè verbis tradit, ubi inter jus vetus & novum discernit. Sic enim in Papin. ad d. l. 1. de Usur. pag. 46. scribit: Quanquam duplex dicatur esse modus: usurarum, duplum scilicet, & centesima: Semper tamen excipiendæ sunt pecuniæ trajectitiæ, (hoc est, fœnus nauticum,) quæ nullum olim habuere modum, nunc habent ex Constitutionibus Justiniani. Inque ea sententia etiam ipse Hortensius desinit, per l. 26. C. de Usur. & Pacius ad l. 10. C. de Usur. n. 6. §. 5.

IV. Convenit ergò inter Doctores nostros, utique recentiores, ne nauticam quidem usuram ultra duplum debere, saltem ex novo iure. d. l. 26. §. 1. C. de usur. Vide Borcholdum, Diss. de usur. th. 19. pag. 444. Quod ad Victoriam causæ sufficere poterat: Sed & illud tentari vel contra Cujac. poterit, ne Papiniano quidem in d. l. 4. §. 1. de naut. fœn. limitationem hanc placuisse. Nam juxta traditionem ipsius Imperatoris, in d. l. 26. §. 1. vers. in trajectiis. C. de usur. Taxare voluit

voluit Imp. Constitutione sua omnem excessum, qui Veteribus Legibus, in pecuniis trajectitiis erat permixtus. Atqui, illum tantum excessum taxavit, quo usurae nauticae, ultra quantitatem centesimae producerentur, de altero modo nihil questus est, vel meminit. Verisimile ergo est, anterioribus quoque LL. modum hunc percipiendi usuras, etiam nauticis statutum, eamque sententiam esse, *d.l. 4. §. 1. de naut. fœn.*

V. Quam in rem & Raguellium in *Comment. ad l. pen. C. de Usur. p. 254.* & alios autores supra circa explicationem hujus paragraphi Anti-Salmasianam *part. I. Art. I. §. II. & seqq.* laudatos, denudò possemus appellare: nisi & hoc satis nobis esset, quod ipsimet Pragmatici limitationem istam repudiant, *vid. Berlich. Finckethus. Carpz.* certè cū cæteris nõ audent proponere, sed penitus omittunt: Tantum ergo abest, ut eam hic applicare possint, qui favore & privilegiis nautici fœnoris, argumentis speciosis magis, quàm prægnantibus confisi, gaudere satagunt. *v. Pac. in Comment. de naut. fœn. §. & seqq.*

A R T I C U L U S V. & ultimus.

De mora ac moroso Debitore: An & quatenus ex hac causa usurae etiam ultra alterum tantum debeantur?

I. Superest una adhuc, sed generalis & per ampla limitatio Juris hujus quæ ex mora debitoris sumitur: Si enim debitor pro solutione sortis principalis faciendâ interpellatus, solutionem remoretur, effugia quærat, & solutionem in multos annos malitiosè differat, usurae quoque non interrupto tenore continuantur, *post Nattam & Surdum Cothmann. 2. Consil. 52. n. 262. vers. deinde dico. Zanger. part. 3. de Except. cap. 25. n. 38. & seqq. Berlich. 1. decis. 30. n. 3. Carpz. 2. quest. Crimin. 92. n. 52.* Aded, ut superveniens solutionis difficultas debitorem non excuset, qui prius in morâ culpabili fuerit deprehensus. *post Medicem de casibus fortuitis. Wilhelm. Anton. de rescript. morat. conclus. 65. n. 292. Ivo Renatus in vero Patrocinio. n. 107. lit. 22. adde supra part. 2. art. ult. thes. 3. in f. Fr. Balduin. lib. 4. de cas. conscient. cap. 3. cas. 4. rat. 8. ibi: mora censum annum plerumq; licitum facit.*

II. Rationem limitationis obiter insinuat Dn. Capzov. *d. quest. 92. n. 54.* quod scilicet usurae isto casu non considerentur quales, sive, ut usurae; Sed, ut interesse: *collaudat in eam rem auctoritati-*

437
tatibus, Surdi. 3. consil. 302. & Zangeri d. loco. Als ein gewöhnliche in-
teresse vnd Schadengelt. S. Herzog. im Vnderricht von Contra-
cten. tit. 14. quest. 9. pag. 76.

III. Poterat pro fundandâ hâc limitatione etiam allegari
textus, in l. 2. §. ult. de eo. quod certo loco. Ubi dicitur, ob moram De-
bitoris æstimari id quod interest, etiam ultra legitimam usurarum
modum. Cæterum Hortensius & Antonius Faber, in Comment. &
rational. ad d. §. ult. textum illum accipiunt de Jure Veteri. Nam
Jure novo & ex Const. l. un. C. de Sent. quæ pro eo, quod interest, nec
interesse quidem commune, quotiescunque certum illud est, du-
plum posse excedere arbitrantur. Donellus in Comment. ad d. l. 2. §.
ult. n. 7. vers. (quod & superiore articulo monuimus) iterum, di-
stinguit inter usuras percipiendas & perceptas. Percipiendarum
modum legitimum esse, ne centesimam excedat: Et juxta hunc
modum verissimum esse, id quod interest, posse excedere legiti-
mum usurarum modum: siquidem in certis tantum casibus Ju-
stinianus vetuerit id quod interest, dupli quantitatem excedere.
d. l. un. Perceptis autem usuris hunc modum constitutum esse, ne
usuræ excedant duplum fortis. l. pen. C. de usur. Eum modum si intelli-
gamus, falsum esse, hunc excedi posse in eo quod interest: cum id quod
interest, dupli quantitatem excedere vetetur. Neque obloqui Ulpianum:
quippe, qui de debitis usuris loquatur, aus de iis, quæ, si promissæ
essent, jure deberentur. Quærirur enim, inquit, An quemadmo-
dum eæ, non nisi ad legitimum modum, usuris debitis constitu-
tum, peti possunt: sic nec possit ultra eum modum peti id quod
Actoris interest, quod peti posse volumus? Et ait Ulpianus, posse:
Cui nihil deinde adversatur, quod dicimus, ipsum hoc quod inter-
est, duplum fortis excedere non posse; tametsi & hic modus Lege
usuris constitutus est: quoniam etiam novo Jure perceptis consti-
tutus est, & non amplius debitis, de quibus Ulpianus non sentit.
Hæc Donellus.

IV. Quæ qualitercunque habeant, certè limitationem ipsam
nō tollunt. Maximè, si quod rectè posuimus antea, & hic dixerimus,
continuari has usuras non contra Legem; Sed præter legem, ex nova
veluti causâ, vid. Covarruv. lib. 3. resolut. Var. 4. n. 2. Pœnam enim
potius, quàm auxilium & beneficium legis meretur, qui in culpo-
sa hæret mora. l. 11 §. de V. obl. l. 23. de recept. arbitr. l. 23. de O. & A. quæ
Pœna non nisi solutione intra modicum tempus, antequam Cre-
dito-

P

dito-

174
ditoris interesse cœpisset, interposita, evitari potest. l. 27. §. ult. §. 22.
& seq. de recept. arb. l. 135. §. 2. de V. O.

V. Moram autem intelligimus personalem & propriè dictam; sic, ut fortè nec extrajudicialis interpellatio ad hunc effectum sufficiat. Licet id velint Berlich. d. n. 3. & Carpzov. d. quest. 92. n. 52. Sed judicialis insuper desideretur: de quâ etiam disertè loquitur Zangerus, d. cap. 25. n. 38. nempe, ut nihil reliqui fecisse videatur Creditor quo pecuniam suam reciperet: & ne illi imputari possit, quasi vel remissius, aut per conniventiam cum Debitore egerit, vel saltèm tempestivè sibi non prospexerit & Legis terminum vitaverit. arg. l. 1. & ult. C. de usur. & fruct. legat. l. 86. de R. I. Quemadmodum etiam præjudicia ab auctoribus allegata in primis super mora judiciali se fundant apud ipsum Berlich. um. 2. Conclusion. 38. num. ult. vers. præsertim ibi: Hat Ewer Batter vor etlichen dreyszig Jahren N. N. eine Summa Gelds geliehen / dieselbe aber von ihm auff vielfaltiges Gerichtliches vñnd außser Bericht beschehenes Anhalten nicht wider bekommen können: Ob nun wol zu recht versehen / daß die Zinsen über das alterum tantum nicht können gesucht werden: Dennoch aber / vñnd dieweil N. N. vñnd seine Erben sich augenscheinlich (1) in mora befinden lassen. (2) Auch Ewer Batter vñnd folgendes Jahr / auß Mangel des Geldes / in grossen Schaden gesetzt worden / vñnd (3) sonst mit dem Gelde / wo es euch vorlängst entrichtet wäre / ewern scheinbarlichen Nutz schaffen können: So seyn auch Ihr à tempore moræ von N. N. das interesse fünf auff hundert über das alterum tantum zu fordern wol befugt. Consonat præjudicium à Finckelthuisio. d. obs. 40. n. 20. laudatum, ibi: Dennoch aber vñnd dieweil die Schuldner (NB.) so wol extrajudicialiter, als judicialiter interpelliret vñnd gemahnet / rescripta wider Sie außbracht vñnd immission erlangt worden / r. & n. 23. Demnach aber / vñnd dieweil solches (quod cursus usurarum sistatur, si ex sortis summam æquaverint) nur dahin zu verstehen / wenn die Zinsen auß Nachlässigkeit vñnd ohne Noth solange stehen bleiben / biß sie den Hauptstul erreichen: Nicht aber do darüber litigiret vñnd der debitor in mora befunden wird / oder da per Sententiam das Capital vñnd Zins vor richtig erkandt / vñnd nicht abgelegt wird.

VI. E diverso autem hinc apparet, moram realem & multò minus causariam, sive justam & excusabilem horum non pertinere; sed sub Legis moderatione relinqui. vid. Molin. de usur. n. 604. vers.

vers. quinto. Itaque, ut ad hypothese[m] iterum redeamus, de qua sup[er]
 part. 1. pref. §. 10. Respubl. consulens limitationes & replicas istas
 nequaquam metuet, cum illi haut dubie[m] mora culposa imputari
 non possit. Siquidem reliquationes ex egestate per bellicas cala-
 mitates contracta orta fuerint. Qua[m] excusatione, quemadmodum
 mora vitium purgetur, videndi post Sapiam, Arumæum
 & alios de mora scriptores, Dominus Assum, in suo telo neces-
 sitatis, Manzius, in suo patrocinio passim: Atque ipse aded Ivo
 Renatus in suo patrocinio vero, pag. 9. ad quos Lectorem remitten-
 tes, Consultationi huic cum laude Divini Nominis felicem impo-
 nimus clausulam: Hujus & aliorum remediorum dijudicatio-
 nem authenticam Imperatoriæ Majestati, & ordinibus Imperii
 submissè comittentes. juxta prefat. Novell. 4. Gail. 2. obs. 31. num. 6.
 & cap. quoniam. ult. ibi: Ut unde præfata[m] constitutionis processit
 editio, interpretatio quoque ejus procedat. De concessione præbend.
 & Eccles. non vacant.

Quomodo Legati & deputati Principum & statuū Imperii in
 modernis Comitibus Christianæ Reip. Univers. spem nobis faciunt
 eximiam, p. 8. ibi: Endlich weil bekant/vñ leider allzuviel vor-
 augen: was gestalt die meiste Ständ/nebē onzehlich vil Pri-
 vatpersonen im Reich/bey so gar lang gewärtē Kriegsohns-
 wesen/vnd darbey fast continuirlich außgestandenen Press-
 suren/Schäden vnd Abgang/adeoque mero fortunæ vi-
 tio, in übergrossen Schuldenlast vnnnd zugleich äußerstes
 Unvermögen vnd Verderben gesetzt worden: Vnd gleich-
 wol ein guter Theil derselben bißhero schmerzlich erfahren
 müssen/welcher gestalt am R. Reichs H. R. vnd Cammerg.
 zu S. in Schuldprocessen/keine in dergleichen Fällen / so-
 wol den gemeinen Rechten/als auch der natürlichen Ver-
 nunfft vnd Billigkeit nach/competirende Exceptiones at-
 tendiret; Sondern auff der Creditoren blosses suppliciren,
 mit mandatis sine clausula, arctioribus, declaratoriis, ar-
 resten, repressalien vnd andern verhaften Executiv mitteln/
 dergestalt verfahren worden seye / das in Verbleibung ges-
 hört

22.
di-
ffe-
2. n.
qui-
tur
stt,
rit,
vi-
ad-
per
38.
ffig
hm
Ano
rfe
het
au
ond
ezet
ich
uch
ert
di-
och
als
uf-
er/
m-
ub
den
tor
nd
ld
ne-
04.
erf,



Höriger/höchst notwendiger Remedierung vnd Tempera-
menten/auch nach erlangtem Friden/dasjenige / so trucul-
lencia belli, übrig vnd zurück gelassen/per rigorem juris ent-
zogen/vnd jura saeviora armis seyen würden. Alßhalten
der allhier versammelten Fürsten vnd Stände Gesandten
ohnvergreifflich darvor/das/wie zwar dieses Werk seiner
weitreichenden Consequenz vnd Wichtigkeit nach / zu eis-
ner eygentlichen richtigen Vorabschiedung / auff einen all-
gemeinen Reichstag zu remittiren: Also doch bey instehens-
den Tractaten/auff ein solch Provisional-Mittel zu gedens-
cken/damit inzwischen / vnd bisß auff erfolgende Erörter-
rung/bedeuteten extremis vnd inconuenientien gütlich re-
mediret vnd vorgebawet werden möge. Quemadmodum à
Regib⁹ Galliae ea remedia approbata sint, videre licet apud
*P. Matthieu lin. 1. narr. 5. n. 6. v. l'ordre que le Roy. Mercur. Gal-
lic. tom. 2. pag. 246. vers. la causa. & planissimè colligitur ex
diplomate nuper Metis promulgato sub titulo: declaration
du Roy pour les rentes & interests: avec l' arrest de
verification du Parlement de Metz.*

Typis Claudii Felicis.

F I N I S.



PRÆCELLENTI ET EXIMIO
DN. IOACHIMO ROEDERO
LUBECENSI, AMICO SUO.



Uam se justitię splendor, quam vivida virtus
Explicat egregiis accumulata bonis,
Tam, Rœdere, tuis conatibus ista secutus
Mentem pro patria & posteritate paras.
Justitię te pavit amor dulcedine verâ,
Splendor justitię mentis acumen alit,
Justitię virtus pietatem necit, & orbi
Organon illustri nobile dote struit.
Næ benè, mi Rœdere, facis, cum lumina mentis
Dudum à justitiâ & religione petis.

*Scribeb. amoris mnemosynon cum bono
omine & voto.*

Joh. Georg. Dorscheus SS. Th.
D.P.P. & Eccl.

Eximum doctæ sidus ROEDERE Iuventa,
Quem Themis arcano confouet alma sinu;
Quem melior totum Sapiëntia vindicat astris,
Nec terra immistum facibus esse sinit:
Quam tua Te virtus alte, pietasq; medullis
Impressit nostris, ut mihi nota fuit!
Doctrina certat perculsi gratia moris,
Fastus abest, laudis quem genus esse putant.
Quin etiam votis ausus contraria sacri,
Quæ sunt in studiis interiora, petis,
Maacte animo tali! quem semet Numen amicum
Grande decus patriæ, grande decus studiis!

Amicitia' caussa scr.

Johannes Henricus Boeclerus.



257
U Suras harumque modos quid jure pupillo
Debeat hæredi Tutor, utrumque doces.
Nempe hæc justitia est, jus ut reddatur utrique,
Et maneat miseros debita pœna reos,
Maçte isthac virtute tuâ, R O E D E R E polite,
Per te securos non licet esse malis,

F.

M. Johannes Meisnerus. Facult. Philos.
in Acad. Witteb. Adjunctus.

P Rognata celo mens, quietis inscia,
Vicina semper quarit astra, spargitur
Suaq; non ignara natura emicat
Animasq; curvas & suo adfixas luto
Terraq; mancipata spernit pectora.
Talis Vacuna semper osor, arduo
Excelsa magna mentis impetu petens
Rödere, Diva nobile Themidis decus
Magno paratas hæctenus molimine
Prodire nunc in publicum dotes paras.
Hæc maçte porrò mascule virtutis, &
Capitalis ingenî beatâ copiâ,
Sic dapfili olim messe gloriaberis.

*Amicissimo Contubernali
adponebat*

Christophorus Joachimus
Klewein.

F I N I S.

X 2615944

WOM







Farbkarte #13

B.I.G.

m tantum

427.

TIO 1646, 4.

LARIBVS REI
ALLELL.

cellentissimi

OTTO.

ET AN-
FEUDALI-
r. Professoris Ce-
ni spectabilis, Dn.
observantiae

IBECENS.

DREÆ.

